UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXIX. De officio & potestate delegati

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

inſtar beneficiorum Eccleſiaſticorum, & ideo conſtitui non poteſt Vicarius perpetuus, niſi cum conſenſu Epiſcopi, qui eundem inſtituere debet; ut & alium quemlibet, cui eſt collatum beneficium. *c. Ex frequentibus De inſtit.*

8. *Poteſtne quis eſſe Vicarius perpetuus in diverſis Eccleſiis?*

Non magis quam quis geminam animarum curam, ſeu duas parochias obtinere poteſt: quia & in Vicariis perpetuis debet Vicarius per ſe ſervire, & ſi non ſerviat, compelli poteſt per detractionem fructuum, vel ipſarum Vicariarum. *c. 1. & 2. h. t.* *c. ult. eod.*

9. *Poteſtne quis ſibi ſubſtituere alium Vicarium?*

Non poteſt, cum Vicarius non habeat officium ſibi mandatum, proprio nomine, ſed alieno: idque ratione induſtriæ ejus, quæ induſtria ita adhæret perſonæ, ut ab ea evelli non poſſit, quamdiu talis manet, & ne quidem licet ponas in alio, cui mandare vult Vicarius munus, æqualem eſſe induſtriam, aut etiam majorem, quia hoc non eſt Vicarii judicare, ſed ſuperioris. *c. 4. h. tit.*

De officio & poteſtate Judicis delegati.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TIT. XXIX.

Agitur deinceps de jurisdictione Eccle ſtica contentioſa, ac Judicibus Eccle ſticis, qui foro contentioſo præſ quorum Judicum tribus ſequenti Tit. tria proferuntur genera, ſcil. D gati, Legati & Judicis ordinarii.

1. *Quis dicitur Iudex delegatus?*

JUdex delegatus eſt Judex, qui juri ctionem habet contentioſam, non ſuo, ſed ab alio ſibi mandatam, ea exercet alieno nomine.

2. *Quot modis accipitur hic no Delegatus?*

Duobus modis: ſcil. interdum prie; pro eo, cui poteſtas judicandi data eſt, non in univerſum, ſed in aliqua cauſſa, vel etiam in pluribus, certo numero definitis; qualem textus juris civilis ſæpius appe Judicem datum vel pedaneum, cuju riſdictio lata ſententia exſpirabat. terdum improprie pro eo, cui univ juriſdictio mandata eſt vel certum quod genus cauſſarum, quem jus ci vocat Judicem, cui mandata eſt juri ctio, *de quo toto tit. D. de eo, cui man ta eſt juriſd.*

toto tit. C. De pedan. judic. l. 5. §. ſi judex D. de re jud.

3. *Qui poſſunt delegare?*

Inprimis S. Pont. idque in univerſis Orbis partibus; tum propter latitudinem Eccleſiaſticæ jurisdictionis, ut ipſemet per ſe non ſufficiat dirimendis cauſis ad Sedem Apoſtolicam deferri ſolitis: tum ut parcatur laboribus & expenſis partium in remotioribus Regionibus commorantium, tum denique, quia longe melius veritas in Regione, ubi partes habitant, per teſtes vel alia documenta cognoſci poſſit, quam Romæ apud Pontificem &c. II. Delegatus Summi Pontificis poteſt ſubdelegare. III. Delegare quilibet judex ordinarius poteſt judicem vel ad unam aliquam cauſam, vel, quod jam fere fit, ad cauſas univerſas, cujusmodi delegatus eſt Officialis Epiſcopi.

4. *Qui delegari?*

Habenda hic vel potiſſimum ratio ætatis, vel induſtriæ, ac proinde delegari nemo poteſt, niſi XX. annos natus. Si tamen vel partes conſentiant in aliquem annorum duntaxat XVIII. vel Pont. aut Princeps ætate minorum deleget, is hoc ipſo habetur idoneus, qui judicet. Secundo, nemo delegari, utique a S. Pont. vel ejus Legato, poteſt, niſi in dignitate aliqua Eccleſiaſtica conſtitutus, vel ſal-

c.41. h.tit.

d. c. 41.

tem

c. Statutum 11. *de reſc. in* 6. *Gl. in d. c. Statutum ad V. Sedit. Apoſt.*

tem canonicus alicujus cathedralis Ec-ſiæ. Nam Epiſcopus ſeu Ordinarius cauſam aliquam delegare poteſt c ſimplici Clerico ſuæ diœceſis, id eſt, nulla dignitate fungitur, quippe qui ſtriam ac probitatem ſuorum ſubdito qui pauciores ſunt, magis exploratam bere poſſit, quam S. Pont. totius Chriſtiani. Cæterum ratio quoque ctat, delegatum S. Pont. debere eſſe lentioris conditionis, quam qui vice tum Epiſcopi inferioris gerit, eoſque ad dignitatem aliquam promoti quemadmodum dignitate & hon moribus & ſcientia cæteris præſta

5. *Qua forma & qualiter?*

Delegatio fieri ſolet vel uni a qui tunc ſolus cognoſcit & judicat pluribus. Idque trifariam; qui legatio vel pluribus ſimpliciter, q ſu omnes ſimul cognoſcunt & judi unoque delegatorum abſente, vel mortuo, cæteri nihil agunt, & reus, ſi quid agere velint, impune parere. Vel quaſi ſub conditione, vel ſimili clauſula. *Si omnes in nequiverint*; vel: *Si aliquis ex ipſis eſſe non poſſit, vel etiam non velit*,

c. 16. 121. *in pr. cum c. ſeq. & c.* 30 *hoc tit.*

liqui nihilominus procedant. Vel ſub disjunctione hoc modo, *ut vel omnes ſimul judicent, vel duo aut unus ex ipſis,* quo caſu ſinguli per ſe exercere poſſunt jurisdictionem. Et hæc forma hodie eſt valde frequens. *d. c. 11. §. & c. c. Cum*

6. *Quod eſt officium Iudicis delegati?*

Mandati formam ſibi a delegante præſcriptam præciſe obſervare, quicquid enim extra fines faceret, eſſet nullum: vel formam a jure communi præſcriptam, cui in dubio non præſumitur Pont. derogare velle. *c. 24. h. t. & c. Cum plures eod. in 6. c. 22. ſup. De reſc. & l. Dilig. D. Mandati c. Ex parte 13. hoc tit.*

7. *Quæ poteſtas?*

Non tantum de cauſſa ſibi mandata cognoſcere & judicare, ſed etiam punire contumaces, actorem vel reum, & quemlibet alium impedientem, quo minus jurisdictio ſua progreſſum habeat; item ſententiam a ſe in cauſa delegata latam intra annum exequi, imo & cogere ordinarium judicem, v. gr. Epiſcopum, ut ſententiam mandet executioni, ſaltem ſi ſit S. Pont. vel Principis delegatus, de quo Canones fere loquuntur: quanquam idem videatur dicendum de delegatis Ordinariorum, qui totam jurisdictionem cauſſarum ſeu univerſitatem ſibi demandatam *c. 1. 5. 11. & c. 29. hoc tit. c. 7. & 26. c. 28. §. vero.*

datam habent, & Officiales ſeu Vica
nerales appellantur.

8. *Quid igitur intereſt inter delegatu S. Pont. & delegatum, cui mandata jurisdictio ab Ordinario?*

Quod a delegatis Ordinariorum poſſit appellari ad ipſos delegantes v. g. ab Officiali Epiſcopo non pote pellari ad ipſum Epiſcopum, perin que a delegato S. P. ad ipſum Ponti cum idem ſit tribunal Officialis & E pi; appellatio autem ab eodem eundem, ſed alium ſuperiorem ſe rem, puta Archiepiſcopum vel S ficem interponi debeat.

c. 27. h. t. c. 2. De conſuet. in 6. & c. Romana. De appell. in 6. Relatum 19. cum c. ſeq. &c. Licet 30. h. t. l. 26. D. Mandati c. Quoniam 14. & c. Uno 42. h. t. c. Venerabilem 37. h. t. §. recte quoq; Inſt. De mandato.

9. *Quibus modis finitur poteſtas gati?*

Finitur variis modis. I. Morte gantis, modo res adhuc ſit integra, ſi delegatus nec dum cœperit uti dictione ſua delegata; & quia mandantis extinguitur mandatum. Morte delegati, ſi delegatio nomi ſit facta perſonæ ipſius delegati, ſi non expreſſo nomine proprio, ſe gnitatis. III. Revocatione re in adhuc; quemadmodum omne ma tum re integra revocari poteſt. IV. Te ris lapſu, ut ſi delegato cauſa commi

intra certum tempus decidenda, quod tamen tempus partium conſenſu poteſt prorogari. V, Finita lite, & ſententia judicis mandata executioni.

De Officio Legati.
TIT. XXX.

Legati, inquam, ipſius Pont. qui, cum in diverſis Provinciis ſæpe multa occurrant negotia, quæ ejus vel præſentiam vel certe auctoritatem requirant, nec ipſe ubique præſens eſſe queat, præter delegatos particularium cauſſarum etiam Legatos cum pleniori poteſtate ſubſtituere loco ſuo ſolet. *c. 4. hoc t. c. in litteris. 9. eod.*

1. In quo ergo Legatus differt a Iudice delegato?

QVod Legatus jurisdictionem habeat ordinariam, id eſt, quam exercet jure ſuo. Delegatus vero jurisdictionem mandatam, quæ etiam a quolibet judice ordinario, imo & a delegato S. Pont. aut Principis dari poteſt. *c. 2. hoc t. in 6.*

2. Quotuplices ſunt Legati?

Sunt triplicis generis, Legati a latere ſeu Laterales, Legati conſtituti ſeu miſſi & Legati nati.

9. *Qui*